



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Mauritii Gudenii Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

hæc enim Civitas mandata Pontificis amplectens contra Cæsarem, & Henricum, Gerlaco adhæsit, eidemque vivente Ludovico (a) Homagium præstitit. Hic vicissim † multis largitionibus, & privilegiis fidem Civitatis sibi firmavit, & sic cum ingenti Sedis detrimento prima licentiæ fundamenta Civitas jecit.

Schismate ad utilitatē suam utitur Erfordia.

XII.

* Idem annus initium (b) dedit elegantis structuræ † Chori B. M. Virginis, cujus Magnificentia Germania parem non habet, sique Severianus Chorus, uti fundamenta jacta, simili forma staret, ac sic latissimi gradus ex foro inter utramque magnificentiam exurgerent, vix haberet Italia, quod huic miraculo compararet. Sumptus (c) quater & vigesies mille argenti marcarum fuerunt. Nec jam tum India Europam argento ditaverat, ut sicut annona, sic unius diei merces non multis obolis staret. Simul † lapideis gradibus (d) ad montem D. Petri ascensus sterneretur, jacuerunt illi ad nostram ætatem, usque dum munito monte sublatis murorum marginalibus adhiberentur.

Ascensus montis S. P. gradibus lapideis sternitur.

Vicedominatus officium Mogun-

XIII.

* A longo tempore (e) Vicedominatus † exercitium in Erfordia nobilis familia, qua

*via redimitur. *MCCCLII*

(a) MS. Chronica Petr.

(b) MS. Erfurtensia Chron. & Petr.

(c) Rationalia istius Collegii & MS. Chron. Petr.

(d) MS. Chron. Petr.

(e) Sequentia multis documentis in Archivis extantibus probantur.

* MCCCL
IV.

*Ius mone-
tandi urbi
vendit.*

* MCCCL
V.

* MCCCL
VI.

*Carolus IV.
privilegia
urbis con-
firmat.*

*Gerlacus
Mühlberg
& Tondorff
Erfordie
vendit.*

* MCCCL
VII.

quæ inde nomen accepit, in feudum hæ-
buerat. Non potuit hæc res sine incom-
modis esse, ubi tantum munus natalibus
non virtuti destinabatur. Diu ergo de re-
demptione consilia agebantur, donec
tandem Vicedomini, jus suum ultrò Mo-
guntia venderent. * Vicissim à Gerlaco
† monetæ utilitates civitas emit, adjecto
pacto de retrovendendo. * Omnem a-
nimum in Erfordia viribus posuerat hic
Electoꝝ, proinde communi subjectionis
vinculo non contentus specialibus pactis
eas sibi firmavit, octoginta galeas in om-
ne periculum ad quinque annos stipulatus
est. Carolus IV. Cæsar † Urbis privilegia
titulos præcipuè (a) quibus hæctenus ter-
ritorium suum auxerat, confirmat, * ut
que magis amorem urbis provocaret, du-
ospagos Azmansdorff, & Stobra antea
Kirchbergensium Comitum, donat. * Ei-
dem Civitati † (b) Comitatus Mühlberg,
& Tondorff Electoꝝ mille ducentis marcis
argenti adjectâ retrovenditionis lege ven-
dit. Attamen Mühlbergensis Comitatus
pro parte dimidia solum hac sub alienatio-
ne comprehensus est, quippe medietas al-
tera jam olim ad Comites de Henneberg, &
de Schwarzburg pervenerat, sed & ab
Hennenbergensibus eodem hoc anno
quingentis argenti marcis, ab his post
quin-

(a) Copiam privilegii ediderunt Erfurtenses Monasterii Westphalie
in refutatione informationis Saxonicae lit. R.

(b) Vide infra ad annum MDXC, & XCII.

quinquennium pari pretio quartas cum licentia Gerhardi emit, semper lege contractui adjectâ, Electori Moguntino, & ArchiEpiscopatu jus, fasque esset, etiam has duas quartas redimendi. Similiter a perturæ, & præsidii jura ab his conventionibus exempta Sanctæ Sedi remanent.

Iterum prædones Thuringiam ex arce XIV.
 † Elsterburg (a) infestabant. Cæsar ad Arcem El-
 majorum virtutem Cives hortatur. Hi sterburgex-
 sub Advocato Comite Henrico in Hohn-pugnantEr-
 stein violentas manus admovent, & ar-furtenses.
 cem expugnant. Capti prædones gladio
 feriuntur. Similes prædones arcem Tan-
 roda infederant, † quam Erfurtenses fru-Tanroda
 strâ diu oppugnabant. Consilia, vires, frustra ob-
 omnia obsessi resciebant, (b) sicque facile sidet & cur?
 quosvis conatus prævenerant. Solutâ
 obsidione domi in causas sinistri succes-
 sus inquisitum. Erant de Senatu & civi-
 bus, qui creditis pecuniis in arce jus Hy-
 pothecæ habebant, hi cum pignore sua
 nomina evertenda timentes, expugna-
 tioni inviderunt, domi retardarunt arma
 & comeatum, foris consilia prodidêre,
 quibus compertis accusationi publicæ sub-
 jecti, omniumque dignitatum incapaces
 declarati, gravibus pœnis coërciti sunt.
 * Aliud prædones receptaculum in Eichs- * MCCCLX
 feldiæ IV.

(a) Chronica Thuringiæ.

(b) MS. Chronica Erfurtensia.